

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

Ergo apud maiores nostros iuvenis ille, qui foro et eloquentiae parabatur, imbutus iam domestica disciplina, refertus honestis studiis deducebatur a patre vel a propinquis ad eum oratorem, qui principem in civitate locum obtinebat. hunc sectari, hunc prosequi, huius omnibus dictionibus interesse sive in iudiciis sive in contionibus adsuescebat, ita ut altercationes quoque exciperet et iurgiis interesset utque sic dixerim, pugnare in proelio disceret. magnus ex hoc usus, multum constantiae. plurimum iudicii iuvenibus statim contingebat, in media luce studentibus atque inter ipsa discrimina, ubi nemo impune stulte aliquid aut contrarie dicit, quo minus et iudex respuat et adversarius expobret, ipsi denique advocati aspernentur. igitur vera statim et incorrupta eloquentia imbuebantur; et quamquam unum sequerentur, tamen omnes eiusdem aetatis patronos in plurimis et causis et iudiciis cognoscebant; habebantque ipsius populi diversissimarum aurium copiam, ex qua facile deprehenderent, quid in quoque vel probaretur vel displiceret. ita nec praceptor deerat, optimus quidem et electissimus, qui faciem eloquentiae, non imaginem praestaret, nec adversarii et aemuli ferro, non rudibus dimicantes, nec auditorum semper plenum, semper novum ex invidis et faventibus, ut *(nec male)* nec bene dicta dissimularentur.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Z. 5: hunc... hunc... huius: Welche Redefigur?
2. Z. 8: dixerim: Wie erklären sich Tempus und Modus?
3. Wie ist der Konjunktiv zu erklären in sequerentur (Z. 15), deprehenderent (Z. 17), probaretur (Z. 18)?
4. duraturam eloquentiae famam (Z. 24); cuicunque causae (Z. 33): Was ist jeweils umklassisch an den Ausdrücken?
5. Was ist der Bedeutungsunterschied von advocati (Z. 13) und patroni (Z. 15)?

scitis enim magnam illam et duraturam eloquentiae famam
 25 non minus in diversis subselliis parari quam suis; inde quin immo constantius surgere, ibi fidelius corroborari. atque hercule sub eius modi praeceptoribus iuvenis ille, de quo loquimur, oratorum discipulus, fori auditor, sectator iudiciorum, eruditus et adsuefactus alienis experimentis, cui cotidie audienti notae leges, non novi iudicum vultus,
 30 quens in oculis consuetudo contionum, saepe cognitae puli aures, sive accusationem suscepere sive defensionem, solus statim et unus cuicunque causae par erat. nono decimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno et vicesimo
 35 Caesar Dolabellam, altero et vicesimo Asinius Pollio C. Catonem, non multum aetate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus insecuri sunt, quas hodieque cum admiratione legimus.